

ADELBERTVS I. EPISCOPVS POMERANIAE.



ADelbertus magne eruditio[n]is & pietatis homo apud Pomeranos Christum prædicauit, atq[ue] in magno pretio extitit. Cum itaq[ue] Otto Bambergensis præsul à Boleslao duce Poloniæ in Pomeriam uocatus, principes eius loci baptizas- set, ibidem Iulini ecclesiam erexit, ac hūc Eberhar dum Episcopum constituit. anno Christi 1115. In eo loco Eberhardus magne uitæ integritate præfuit, ac homines suo exemplo ad uirtutes excitauit. Cū hoc modo per annos 50. præsedisset, tandem ma- gno omnium luctu moritur, & in eius locum Con- radus episcopus ordinatur. Ut autem huius eccl[esi]æ (quæ pōst Caminensis fuit) præsules cognosca- mus, eos pro uirili subi[ec]tione placuit. Monst. lib. 3.